802

Magnificus Martinus in Olesno et Lowczki sanus mente et corpo-
re existens palam publice ac libere recognovit, Quia sibi Generosus Mar-
tinus Sarnacky Quadringentos florenos Polon. debiti inscripti ex
integro persolvit, ideo ipsum quietat et inscriptionem cassat perpetuo.

Victorow Tutoriae Renunciatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Sandomirien. personaliter comparens Ma-
gnificus Martinus Szyszkowsky in Olesno et Lowczki sanus mente et corpore
existens palam ac libere recognovit, Quia ipse licet sine scitu et consensu suo
olim Generosus Stanislaus Victor famulus suus Testamento ultimae volunta-
tis suae se uti Dominum et benefactorem suum pro tutore filijs et filiabus
suis assignavit, verum cum eidem oneri Tutoriae quod sine administratione
bonorum de quibus ipse hucusque nesciebat nec hucusque scire habens
negotia sua principaliora et administrationem bonorum ac tutoriae Ge-
nerosi Nicolai Godowsky Nepotis sui ex sorore alias Wnuka Vult
licet quidem omni commodo utilitati et provisioni eorundem liberorum
satisfacit et satisfacere intendit, eidem assignationi renunciat et pro-
ut antea nesciebat ita et ad praesens scire non vult. Personali
sua recognitione et patrocinio addito accedente.

Dobel Zendziany Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Sandomirien. personaliter comparens Nobilis
Bartholomeus olim Salomonis Zedzian sanus mente et corpore existens palam
ac libere recognovit, Quia Nobili Andreae Dobel et ipsius successoribus Sortem
in haereditate Zedziany sitam in primo campo sex sulcos a granicie
Babinska ad locum dictum Stryjkowa inter metas Ostembrzeziskow
In alio loco sex sulcos a granicie Radulska ad alium campum pe-
nes metas eorundem Ostembrzeziskow In tertio campo tres sulcos a
pariete ad Brzeznia tenden. penes metas eorundem iacen. cum
agris pratis sylvis rubetis et omnibus ac singulis utilitatibus et attinentijs nullis
exceptis in Decem sexagenis Polon. ad exemptionem obligavit et
inscripsit. Quae iam ex nunc in possessionem cum pacifica possessione et Nobili et Nobilis
tenendam accepsit et admittit pacemque tuitionem et evictionem
Omnimodam contra Quoscunque ab omni impedimento iuridico quocunque per-
forandam per totum tempus tenutae cuiusmodi cavet sub vadio similium a-
liarum decem sexagenarum Polon. et coram officio praesenti peremptorie
responsione omnibus iuribus remedijs se et suos successores uti abrenuntiando.

Glonowo Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Sandomirien. personaliter comparens Nobilis
Leonardus olim Sigismundi Glonowsky de Glonowo hic sanus mente
et corpore existens palam ac libere recognovit, Quia Nobili Christophero
olim Marci Glonowsky et ipsius posteris Dominum suum in bonis
Glonowo sibi Aream suam propriam haereditariam incipien. a
via per villam tenden. ad metam arealem seu quot alias Area ex-

tendunt